

eiusdem mensurę et opis ac metalli erant  
**I**n ea uero plaga que ad occidentem respicit  
 fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta: colu-  
 ne decem cum basibus suis enee et capita co-  
 lumnarum et tota operis celatura argentea.  
**P**orro contra orientem quinquaginta cubitorum  
 paruit tentoria: et quibus quiddecim cubitos co-  
 lumnarum trium cum basibus suis unum tenebat  
 latere. et in parte altera quae inter utraque intro-  
 itum tabernaculi fecit quiddecim eque cu-  
 bitorum erant tentoria. columnarumque tres et ba-  
 ses totidem. Luncta atrij tentoria byssus  
 retorta teruerat. Bases columnarum fuere  
 enee. capita autem earum cum cunctis celaturis  
 suis argentea: sed et ipsas columnas atrij ve-  
 stiuit argento. **E**t in introitu eius opere  
 plumario fecit tentorium ex hyacintho. pur-  
 pura. vermiculo ac bysso retorta. quod ha-  
 bebatur viginti cubitos in longitudine: al-  
 titudo uero quinquaginta cubitorum erat iuxta me-  
 suram quam cuncta atrij tentoria habebant  
 Colunę autem in ingressu fuere quatuor cum  
 basibus eneis: capitaque earum et celaturę ar-  
 gentę. **P**axillosque tabernaculi et atrij  
 per gyrum fecit eneos. **H**ęc sunt instrumeta  
 tabernaculi testimonij que enumerata sunt  
 iuxta preceptum moysi in ceremonijs leuita-  
 rum per manum ythamar filij aaron sacerdo-  
 tis: que beseleel filius huri filij hur de tribu  
 iuda. domino per moysen in terra copulerat:  
 iuncto sibi socio ooliab filio achisamech  
 de tribu dan. qui et ipse artifex lignorum  
 egregius fuit. et polymitaris atque plu-  
 marius ex hyacintho. purpura. vermicu-  
 lo et bysso. **D**e auro quod expensus est in opere  
 sanctuarij. et quod oblatum est in donarijs.  
 viginti et nouem talentorum fuit. et septin-  
 gentorum triginta siclorum: ad mensuram san-  
 ctuarij. **O**blatum est autem ab his que transierunt  
 ad numerum a viginti annis et supra: de  
 sexcentis tribus milibus et quingentis quin-  
 quaginta armatorum. **F**uerunt preterea centum ta-  
 lenta argenti: et quibus consistunt bases  
 sanctuarij. et introitus ubi velum pedet. **C**entum  
 bases factę sunt talentis centum singu-  
 lis talentis per bases singulas supputatis.  
**D**e mille autem septingentis et septuaginta

quinque siclis fecit capita columnarum que  
 et ipsas vestiuit argento. **E**ris que obla-  
 ta sunt talenta septuaginta duo milia: et que  
 dringenti supra sicli: ex quibus factę sunt ba-  
 ses in introitu tabernaculi testimonij. et  
 altare enee cum craticula sua. omniaque uasa  
 que ad usum eius pertinent. et bases atrij tam  
 in circuitu quam in ingressu eius. et parilli ta-  
 bernaculi atque atrij per gyrum.

**D**e hyacintho uero **XXXIX**  
 et purpura vermiculo ac bysso  
 fecit vestes quibus indueret aaron  
 quoniam ministrabat in sanctis sicut precepit  
 dominus moysi. **F**ecit igitur super humerale de au-  
 ro hyacintho et purpura coccoque bis tin-  
 cto et bysso retorta. opere polymitario. **I**n-  
 ciditque bracteas aureas et extenuauit in  
 fila ut possent torqueri cum per colorum  
 tegmine: duasque oras sibi iuncte copula-  
 tas in utroque latere summatum. et baltheus  
 ex eisdem coloribus: sicut precepit dominus moy-  
 si. **P**arauit et duos lapides onychinos  
 astrictos et inclusos auro. et sculptos ar-  
 te gemmarum nominibus filiorum israel. **S**ex nomina  
 lapide uno. et sex in altero: iuxta ordinem  
 natiuitatis eorum. **P**osuitque eos in lateri-  
 bus super humeralis in monumentum filiorum  
 israel: sicut precepit dominus moysi. **F**ecit et rona-  
 le opere polymito iuxta opus superhume-  
 ralis. ex auro. hyacintho. purpura. coc-  
 coque bis tincto et bysso retorta. quadrangulum  
 duplex. mensurę palmi. et posuit in  
 eo gemmarum ordines quatuor. **I**n primo  
 versu erat sardius. topacius. smaragdus.  
**I**n secundo: carbunculus. sapphyrus. iaspis.  
**I**n tertio. ligurius. achates et amethystus.  
**I**n quarto chrysolithus. onychinus et  
 beryllus: circumdati et inclusi auro per or-  
 dines suos. **I**psique lapides duodecim  
 sculpti erant nominibus duodecim tri-  
 buum israel: singuli per nomina singulo-  
 rum. **F**ecerunt in rationali et catenulas  
 sibi inuicem coherentes de auro purissimi-  
 mo et duos uicinos. totidemque annulos  
 aureos. **P**orro annulos posuerunt in  
 utroque latere rationalis: ex quibus pen-  
 deret duę catenę aureę quas inseruerunt